

G. 16. num. 53. C. 22.
13
DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS,
DE
**EO, QUOD JUSTUM
EST IN DUBIO,**
UBI
DE GENUINA PRAXI JURIS,

*QUAM
DIVINO ANNUENTE NUMINE,
EX DECRETO ET AUTORITATE MAGNIFICICTORUM ORDINIS
IN ALMA VIADRINA,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO.*
DN. CHRISTIANO ULRICO,
DUCE WURTERBERGIAE, TECCIAE, ET IN SILESIA OELSNÆ,
COMITE MONTISBELGARDI, DYNASTA HEIDENHEIMII,
STERNBERGÆ ET MEDZIBOHOA, ETC. ETC.
PRÆSIDE.

DNO. HENRICO COCCEJO,
AUGUST. AC POTENTISS. REGIS BORUSSIÆ
CONSILLARIO INTIMO,
FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO, ET ANTECESSORE
PRIMARIO, h. t. DECANO,
DN. FAUTORE ET PATRONO SUBMISSA DEVOTIONE COLENDO,
PRO

SUMMIS IN UTROq; JURE HONORIBUS AC PRIVILE-
GIIS DOCTORALIBUS RITE CONSEQUENDIS,
Publicæ ventilationi submittit

Ad D. Maij, Horis ante- & pomeridianis An. MDCCV.
CASPARUS à RHEDEN, Bremens.

FRANCOFURTI ad VIADRUM, Literis CHRIST. ZEITLERI.
Recusa 1712.



SCHEUTS LIBRARY
MICHIGAN STATE UNIVERSITY LIBRARIES
HISTORICAL LIBRARY
INDIA
THE HISTORY OF


THE CHINESE EMPIRE
BY HENRY COCCIO
TRANSLATED FROM THE CHINESE
BY HENRY COCCIO
WITH A HISTORY OF CHINA
BY HENRY COCCIO

BY HENRY COCCIO

WITH A HISTORY OF CHINA
BY HENRY COCCIO
TRANSLATED FROM THE CHINESE
BY HENRY COCCIO
SUMMARY OF THE HISTORY OF CHINA
BY HENRY COCCIO
WITH A HISTORY OF CHINA
BY HENRY COCCIO

CUSTARD & RHEDEN, PUBLISHERS

1850



I. N. J.

SECTIO I.

De dubia Voluntate in genere.

§. I.

Naturā ita comparatum est, ut simplex ac in animo latens consensus non magis in vita Civilis obligationem producere, aut formam negotio dare valeat, quam facta illicita, quae in mente retinentur, humanis legibus pœnam patiuntur. l. 18. ff. d. pœn.

l. 225. ff. d. V. sign. Cūm enim ea sit hominis imbecillitas, ut interni ejus actus, quos mens sola secum cogitat, ab altero nequit per se dignosci possint, iidemque ab exterioribz actibus atq; signis quam longissimē discrepare queant, inde nata est Juris N. regula, Ex dispositione legitima eatenus saltē jus nasci, quatenus appetet, quod quis in alium illud translatum voluerit: arg. l. 3. §. 1. ff. d. O. & A. Indeque est quod Philosophi dixerint, cogitationem maximē propter hominem ipsum esse, signa autem propter alios, utpote cūm illa insit in animis, &c. ut Cicero d. Off. ait, in se ipsam verta.

A

verta-

(2.)

vertatur, his verò voluntas inter homines mutuò de-
claretur.

*Unde prima
de disponen-
tium voluntate
ejusque
declarationis
guisilio esse
debet.*

*Voluntas
declaratur
verbis & fa-
ctis.*

§. 2. Ut proinde in omni facto, quo de communi-
tando jure agitur, prima eaque præcipua quæstio esse
debeat de disponentis voluntate, & num ea suffici-
enter exposita sit.

§. 3. Unde, si altius rem repetere licet, apparet,
hanc voluntatis declarationem, quæ in omni obligati-
one necessaria est, non fieri nisi certis signis, quæ sen-
sus animi ita exprimunt, ut in aliorum sensu incur-
rere possint, factis nimurum & verbis. Unde duplex
voluntatis declaratio, una quæ fit verbis, altera quæ
factis. Satis superque id innuit Cicero 3. *Tuscul.* 20, cùm
inquit: *Verba quid audiam, cùm facta videam?* Et in Jure
Romano perpetuum fere est, ut, ubi de voluntate ejus-
que declaratione quæritur, verba & facta conjungan-
tur. Sic in l. 32. §. 1. d. *LL.* Julianus, *Nihil interesse*, ait,
suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis
& factis. Et cùm de ultima testatoris voluntate a-
gnoscenda quæritur, *Eam vel re vel verbo declarari* dicitur
in §. ult. *Inſt. d. hær. qualit.* Nec minus animum divor-
tendi vel factis vel verbis declarari vult. Ulpian. in l. fin.
§. ult. ff. d. *Divort. & repud.* Add. l. 9. §. 4. ff. d. *reb. cred. l. 5.*
l. 15. *rem rat. hab.*

*Fatū Natu-
raliter vo-
luntas de-
claratur.*

§. 4. Licet autem utrumq; & factum & verbum,
in eo conveniat, quod utroque voluntas inter homines
declaretur, notabilis tamen in eo est discrepantia, quod
hoc ab instituto saltē hominum significet, illud verò
ab ipsa Naturā. Ut enim taceam, Eum, qui ultiō &
cum ratione agit, eo ipso velle illud quod agit, & quod
actui isti necessario cohæret; certo certius est, nullum
hominis, qui sana mente utitur, & liberrime agit, esse
actio-

(3.)

actionem, quæ sine suo careat, cùm finis sit, qui mouentem impellat, & primum, ut Philoſophi dicere amant, in intentione & ultimum in executione. Ex eo itaque actionis fine naturaliter & omnium evidentissimè voluntas demonstratur. Imò ex tritilla regula; *Qui vult finem vult etiam media, sine quibus ille obtineri nequit.* arg. l. 2. ff. de jurisd. l. 234. de V. S. apparet, facta ex Natura voluntatem indicare. Hac enim regulâ positâ, dicendum est necessario, eum, qui voluit media, sine quibus finis obtineri nequit, ipsum quoque finem voluisse, & cùm finis, utidictum, sit propter quem quis agit, hoc ipso facto satis superq; voluntatem suam declarasse; quæ cùm satis appareant, pluribus ea demonstrare, quid attinet?

§. 5. At verò in verbis res secus se habet, quæ vi & ratione naturæ voluntatem dicentis non exprimunt, qua de re integra eaque prolixa disputatio est apud A. Gellium in Noct. Attic. l. 10. c. 4. & apud Platonem in Cratyllo. Nihil enim aliud sunt nomina, quam rerum notæ, ut Cicero l. 5. d. finib. dicit, adeoque confusio quædam hominum, ad habendum quosdam sonos pro signis idearum, quæ in mentibus existunt, qui soni pro variis gentibus varii sunt, & in diversis linguis diversis vocabulis res easdem denotant. Neque ulla aut ratio, aut vinculum dici potest, quod gentes obſtrinxerit, quare rerum, quas habebant, ideas, huic potius quam illi fono alligaverint. Imò repugnantia est dicere vocum significaciones à Natura esse, & nihilominus concedere, eas quotidie immutari, veteres aboliri, novas rebus novis imponi, & suas quasi ætates illis esse, de quibus egregie canit Horat. d. Art. Poëtic. v. 68. & seqq.

*Verbi, et
inſtituto be-
minum.*

A 2

Licuit,

(4.)

Licuit, semperque licebit,

Signatum praesente nota producere nomen,

Ut Sylvæ foliis pronus mutantur in annos,

Prima cadunt, ita verborum vetus interit ætas,

Et juvenum ritu florent modo nata, vigenter.

Et paulò post:

Multa renascentur, quæ jam cecidere, cadentque

Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,

Quem penes arbitrium est & jus & norma loquendi.

§. 6. Neque h̄ic scrupulum movet, quod rebus
argumentum quibusdam insit recta nominis ratio, ut voces à natu-
ab analogia ra rerum, quas designant, non abhorreant, quodque
verborum &
rerum de- conveniant rebus nomina sāpē suis, uti earum longam
sumum: seriem exhibet A. Gell. d. l. 10. c. 4. & doctissimus Jo-
seph. Scaliger. in Conjectan. libr. 6. Nam et si conceda-
mus, nonnullis rebus, (nam de omnibus id afferere
velle nimis esset temerarium) nomina esse indita ipsa-
rum Naturam exprimentia, ut in iis quasi gestis qui-
dam oris & Spiritus naturalis videatur, nihilominus
tamen hoc perpetuum non est, cum plareque pecu-
liarem sibi viam observent, & illa ipsa, ut vocatur, ana-
logiarerum & vocum itidem ex arbitrio humano con-
stituta sit. Quod eleganter exprimit Quintilian. Inst.
Orat. lib. 1. cap. 6. Meminerimus non per omnia dici analogia
posse rationem, cum sibi ipsa plurimis in locis repugnet.
Non enim, cum primum fingerentur homines, analogia demis-
sa cœlo formam loquendi dedit, sed invenia est, postquam lo-
quebantur, & notatum in sermone, quid quomodo caderet.
Itaque non ratione nititur, sed exemplo, nec lex est loquendi,
sed obseratio.

Voluntatis declaratio
guando certæ
ac clara exi-
fet.

§. 7. Utraque hæc voluntatis nostræ declaratio,
& quæ verbis & quæ factis fit, hoc ipso satis clara ac e-
videns

(5.)

videns est, si aut verbi unicus sit sensus, aut factum, de quo quaeritur, non nisi unum significare potest: hanc enim solam vocis factique significationem per naturam intendisse credendi sunt. Utroque ergo calu, cum disponentis voluntas declarata satis aperte sit, prouti dispositum est inter eos, ita ius est per §. 1. Nec interpretationi voluntatis quidam locus esse potest, cum, ut ait, modò laudatus Quintilian. *declam. 317. supervacuum supplementum sit*, ut contra verba interpretatio sequatur.

§. 8. Quò & referendum est, si vox quidem non *Quid juris sit
vox generis sit*
unum, sed plura significet, attamen sit vox generis, quæ plures species continet: uti vox hominis, quæ Titium, Mevium &c. sub se complectitur. Cum enim certissimi juris sit, generi inesse species, vox generis dubia dicenda non est, sed generaliter quoque intelligenda est, ut ex natura generis omnes species sub se comprehendat, quamdiu nondum apparent quasdam in specie exceptas esse. Vid. l. 23. ff. *de servit. urb. præd.* ubi hoc eleganti exemplo firmatur: & l. 80. *de Reg. Jur.* Et hinc patet decisio quæstionis, quæ acerrime inter Carthaginenses & Romanos ventilata, & caula funestissimi illius belli Punici secundi fuit: Num scilicet sub illo fœdere inter duos hos potentissimos populos inito, *quod utriusque populi socii ab utroque populo tuti esse debeant*; etiam Saguntini sint comprehensi, quos Romani post fœdus hoc adsciverant: ubi rectissime defendit Livius l. 21. cap. 19 *Carthaginem invasionem in Saguntinos fuisse injustissimam*, cum *satis cautum fuere Saguntinis sociis utrorumque exceptis*, nam neque additum erat, qui tum essent, nec, ne qui possea assumerentur. Ex eadem ratione dicendum de eo, quod inter Par-

A 3

dem

dem vel Trojanos & Menelaum convenerat, ut Victori Helena cederet; Postquam enim Paris fugatus erat, lex Ipsilononis à Menelao impleta fuit, & à Trojanis fidem turpi exemplo violata. Vox siquidem *vincere* est vox generis, sub qua continentur omnes species, & sic quoque, quod hostis fugatus sit, et si non occisus, quicquid in contrarium huc disputet Grot. d. J. B. & P. l. 2. cap. 16. §. 7.

*Unde dubiae
voluntatis
declaratio
existat.*

§. 9. Et sic hactenus de certa voluntatis declaratione constat. Verum enim verò quemadmodum longè plures sunt res & negotia, quam nomina; res siquidem sunt infinitæ, verba finita, & sicut finis actionis, ex quo de intentione agentis constat, multiplex esse potest, adeoq; unius actionis plures esse possunt fines; ita quoties contingit, ut quis voluntatem suam declararet istiusmodi verbis aut factis, voluntas non amplius certa aut perspicua, sed incerta erit & dubia. Atque id ipsum est, quod conqueritur JCtus in l. 2. §. 4. d. P. V. Naturā rerum conditum esse, ut plura sint negotia, quam vocabula. Et Seneca de benef. l. 2. cap. 34. Ingens, inquit, est Copia rerum sine nomine, quod non propriis appellatiōnibus notamus, sed alienis, commodatisque: Nec minus graphicè Cicero hanc verborum paupertatem depingit, cum pro Cœcinn. cap. 18. ita loquitur; *An hoc dubium est, quin neque verborum tanta copia sit, non modo in nostra lingua, quæ dicitur esse inops, sed ne in alia quidem ulla res ut omnes suis certis ac propriis vocabulis nominentur?* Pluribus etiam hoc prosequitur A. Gell. Noct. Att. l. 9. cap. 12. & lib. 12. cap. 13.

*Unde ingens
disputatio a-
pud Veteres
JCtos, quid
in dubio ob-
tinet.*

§. 10. Hinc itaque orta est omnium operiosissima disputatio in Jure nostro, quid in dubio statuendum sit? Veteres quidem JCti sollicitè in eo laborarunt, ut rebus

(7.)

rebus immiscerent, quæ ad Verborum significationes, pertinent : Erant enim persuasissimi, qui vocabula non recte discunt intelligere, (verba sunt Plutarchi in Isid.) eos etiam de rebus ipsis falli : Et ἡνὶ αρχὴν παρδευτεως εἶναι τὸν ὀνομάτων ἐπιστηλόν, Principium eruditio[n]is esse intelligentiam nominum. ex Socrate refert Epictet. lib. i. diss. Armian. cap. 17. Unde Labeoni Jurisconsulto summae laudi tribuitur apud A. Gell. Noct. Attic. lib. 13. c. 10. quod scientia nominum ad enodandos plerosque juris laqueos usus fuerit. Nec aliud evincunt illi Aelii Galli, L. Cintii, Santiae, a liorumque plurimorum libri de Verborum Significatione, quæ adjus pertinent; quos pasim à Festo, Gellio, aliisque citatos deprehedimus. Add. Gothofred. ad pr. ff. d. V. sign.

§. 11. Recentiores non minus operosisimè in legiti[m]ae interpretationis regulis sudarunt, quò definiri posuit, quid in dubio justum sit; indeque orta sunt imensa præsumptionum volumina Alciati, Menochii, aliorumque Istorum, sed, quod Pace tantorum ac de Juri prudentia nostra egregiè meritorum Virorum hic dictum volo, nobilissimam hanc materiam, & quæ ferè in infinitum patet, si casus spe[ci]es, vix exhauserunt, quæ tamen positis ritè principiis in pauca reduci possent.

§. 12. Mihi itaque in præsens sufficiat pro dispunctione Inaugurali materiæ hujus fontes digito saltem ostendere, quo appareat, quam egregiè & eleganter ex ipsa Natura Icti Romani pleraque h[ic], sicut in aliis plurimis Juris materiis, deduxerint.

SECT. II.

SECTIO II.

De Eo quod justum est in dubia Volun-
tate , ubi de legitimis interpretatio-
nis regulis ex Jure Gentium.

§. 1.

Postquam itaque superiori Sectione prolixius de-
monstravimus unde dubia voluntas oriatur, pau-
cis hac sectione de legitimis interpretationis re-
gulis , quatenus sunt ex Jure Gentium, ageendum ve-
nit.

§. 2. Ex omni enim voluntatis declaratione , quo-
Quaeque voluntas dubia est, ex ea ius nasci non potest.
usque in profundis tenebris ferè absconsa est ejus cer-
titudo , (sit hic saltem venia voci) nullum jus, nulla
obligatio nascitur. Cùm enim moraliter idem sit, non
esse & non apparere, ex voluntate autem, quæ decla-
rata nondum est , nullum jus oriatur *per sect. I. §. 1.*
non magis ex hac, quæ dubia est, quam ex illa, quæ non
est, obligatio nasci potest.

§. 3. Cùm autem certitudo plenaria vix sperari
possit, talis in jure sufficit, & admittitur, qualis inter
homines commodè haberri potest, & inter ipsos pro-
tali computari solet. Ut proinde, si de interpretatio-
ne voluntatis dubiæ quæramus, qua mediante volun-
tas haec tenus obscura & dubia certa reddi posit, ac de-
beat, nobis hoc loco nomine certi veniat, quod in vira
Civilii inter homines pro indubitate haberri solet & de-
bet.

§. 4. Ut ergò ordine singula petractemus, videa-
mus primò loco , quid juris sit in casu, ubi verba du-
bia.

Primare-
gula inter-
pretationis,
si verba sint
dubia.

(9.)

bia sunt. Quæ tota quæstio tribus, ut videtur, absolvitur
potest regulis, quarum prima est; *Verba debent intelligi
ex usu loquentis, quoties res ab ejus solius dispositione depen-
det.*

§. 5. Atque hoc Naturæ convenienter; cùm enim de *Probatur e-
am esse J. N.*
ejus solius voluntate per ipsum explicanda quæstio
sit, per naturam non potest illa aliter ut aliis indicij
declarari, quām quibus & qualiter ipse iis ad id uti con-
suevit; ut itaque naturaliter hoc calu inspiciatur, quid
ipse illis verbis soleat indigitare, aut quem usum vox
ista apud eum habeat.

§. 6. Neq; aliter est intelligendus Cicero, cùm in *Orat. pro
Cæcina.* ait *Quid? verbis hoc satis cautum erat? minime!* Et firmatur
autoritati-
bus & exem-
plis ex Jur.
Civili.
res igitur valuit? voluntas (si ic. aliter illa apparet) quæ si ta-
citus nobis intelligi posuit, verbis omnino non uteremur, quia non
potest, verbare repertasunt, non quæ impedirent, sed quæ indi-
carent voluntatem. Nec aliud est, quod habet Idem
lib. 1. d. *Offic.* *In fide quid senseris.* (seu quomodo solitus
sis exprimere sensus) non quid dixeris, cogitandum. Hinc
quoque in Jure Romano egregie dispositum est, si de
dubia legislatoris & testatoris voluntate ambigitur, ut
inspiciatur, quid apud eos nomine isto venire soleat,
Utrumque enim, & præceptum superioris & testamen-
tum aut dispositio testatoris, à solius loquentis dispo-
sitione valorem suum accipit. Siquidem legem supe-
rior solus facit, & est dispositio unius, ex qua Cives et
iam inviti & reluctantes obligantur. Nec minus te-
stamentum est actus, qui à solo testatore fit de heredi-
tate transferenda. Hoc itaque est, quod dicitur in
l. 96. ff. de Reg. Jur. In ambiguis orationibus (legis nimirum,
aut testatoris) maximè sententiam spectandam esse ejus
quis eas protulisset. Item in *l. 50. §. fin. d. leg. 1.* *Si nume-
rus*

B

rus nummorum legatus sit, neque appareat, quales sunt legati, NB. ante omnia ipsius patris. coniunctudo exquirenda est. Idem probant Jcti in l. 75. d. leg. 3. & in l. 69. eod. dum volunt, non aliter à significacione verborum recedi oportere, quam, cùm manifestum est, NB. aliud sensisse testatorem.

Quid juris §. 7. Sed perturbata satis ac anceps quæstio est, si quis so-
ut exprimere soleat id, vox illa notoriè non significat, quæ & ipsa multo stu-
quod notoriè dio agitata tuit inter Servium & Tuberonem in l. 7. ff.
non signifi- d. supell. leg. in casu, quid nomine supelle&tis legatae
car, ubi ex- veniat, si testator voce supelle&tis etiam pretiosiora,
plicatur l. 7. uti argumentum, & togas &c. comprehendere solitus
d. supell. leg. fuerit, contra naturam istius vocis & publicum usum
Romanorum. Vid. l. 1. eod. Et servins quidem hoc in
casu non ex opinionibus singulorum, sed ex communī usu no-
mina exaudiri putat: Tubero vero aliter sentit. Hanc
itaque quæstionem egregiè definit Celsus in d. l. 7. Non
potie quidem vaire dispositionem ex illa voce, quæ
id non significat, cùm nomina appellativa, ut vocari
solent, testator mutare nequeat, neque illis civitatem
dare possint: attamen, si alia adhuc signa, ex quibus de
voluntate disponentis constet, illam valere, non qui-
dem ex isto nomine, cùm illa id non significet, sed ex i-
stis signis quæ voluntatem satis exprimunt. Hinc in
d. l. 7. ideo valebat testatoris voluntas, non, quia sub
voce supelle&tis etiam pretiosiora complecti solebat,
hoc enim erat contra certam significacionem istius vo-
cis; sed quia, postquam cessabat frugalitas seculi, de qua
Tubero in l. 3. eod. & luxus inductus in civitatem Roma-
nam erat, ex eo tempore etiam vasis argenteis aureisq;
ad quotidianos usus Romani uti solebant d. l. 7. §. 1. eod.
Ex hoc itaque usu testatoris voluntas ritè interpretatio-
ne accipere potest. §. 8. Fal-

(ii.)

§. 8. Fallit autem regula, in §. 4. tradita, quoties negotium non perficitur dispositione unius, sed duorum vel plurium. In hoc enim utraque pars æquale jus disponendi habet, ita ut altera declaret se dare, altera se accipere velle, l. 37. §. 3. d. aeg. rer. dom. l. 10. ff. d. donat. Non potest ergo unius voluntas inspici, aut quid iste illa voce significare soleat, attendi, sed inspiciendum est, quid inter utrumq; actum sit, de quo ex aliis signis apparere potest, de quibus *in seqq.*

Regula §. 4.
non procedit,
si agatur de
dispositione
duorum.

§. 9. Unde hoc ipso patet inepta illa Locrorum cavillatio, quam ex Polybio l. 12. c. 4. refert Grot. d. cap. 16. §. 2. qui polliciti se pacts staturos, quamdiu terram hanc insisterent, & capita humeris gestarent, terram calceamentis injectam, & aliorum capita, seu larvas humeris impositas abjecerunt; quasi vero hoc modo sensum vocibus, quem vellent, affingendo, perjurii notam evitare potuerint. Huic simile quid accidisse dicit eruditissimus Dn. Tesmar. in not. ad Grot. d. cap. 16. §. 2. in Ducatu Bremensi pejerantibus aliquot rusticis, se insisterere glebae suorum dominorum, quam forte sub calceis gerabant. Plurima hujus farinæ exempla refert Dn. Pufend. d. J. N. & Gent. l. 5. cap. 12. §. 3. quæ cum extra controversiam sint, eis non immorabimur.

§. 10. Quoniam autem contingere potest, ut specialis usus loquentis non appareat, aut si inspici non possit, uti in casu §. 8. Secunda quoq; regula notanda venit: Nimirum, *Tunc inspici debet usus publicus, & sensus à cibis.* Gentibus inductus.

§. 11. Licet enim, ut supra sect. 1. §. 5. pluribus ostensum fuit, voces denotent res ex impositione hominum, hanc tamen necessarium fuit subsequi aut committari sive tacitam quandam sive expressam conventionem,

B. 2

Probatur il-
la ex ratione
Naturali.

tionem, quâ mediante necessum sit, ad hanc, & non aliam rem significandam eas voces adhiberi, cum alias extra eam invanum recideret omnis verborum usus, & mutua inter homines communicatio cessaret, cum fine ea de voluntate disponentium constare nequeat. Hanc ergo quasi publicam hominum eadem linguâ utentium conventionem & publicum usum nemo, qui in alium jus transferre vult, mutare potest. Cum & hoc casu æque incassum recideret omnis verborum usus, ac si nulla planè circa eorum usum intercesserit publica conventio: Ut taceam, hoc casu privatum hîc velle disponere de Sensu rerû ac verborum, quod & per Naturam fieri non potest, & tentare velle ferè insani esset. Ut itaque quisque in dubio eum sensum voluisse intelligatur, qui à gentibus isti vocabulo fuit impositus, & quem approbat ejus temporis locique usus,

Quem penes arbitrium est, & jus & norma loquendi.

Et autorita-
sibus.

§. 12. Et hæc causa est, quare eleganter Veteres verba æquiparaverint nummio, quem usu valere quotidiana docet experientia. Egregie rem exprimit Quintil. *Inst. Orat. lib. 1. cap. 6. pr. Confuetudo certissima loquendi Magistra est, utendumque planè sermone est, ut numero, cui publica forma est:* Cum quo conferatur locus Sext. Empir. *adv. Mathem. l. 1. c. 10.* quem refert Puffend. *l. 4. c. 1. §. 6.* Hæc etiam causa fuit, quare Horat. *l. 2. Epist. 2. vers. 24.* usum vocet, genitorem vocabulorum & A. Gell. in *Noct. Att. l. 12. c. 13.* cum omnium rerum dominum, zum maxime verborum. Sic Senec. *Epist. 81. Mirâ, inquit, in quibusdam rebus verborum proprietas est, & NB. confuetudo sermonis antiqui quædam efficacissimis notis signat:* & in *Epist. 114.* dicit. *Verba contra consuetudinem omnium posita ostendere non minus mores novos, quam singulares.*

§. 13. Ut

(13.)

§. 13. Ut itaque rectissime quidam Marcellus a-
pud Dion. Cass. lib. 59. de Tiberio dixerit, hominibus Ca-
- Gentium.
farem civitatem dare posse, vocabulis non posse. Quando ergo
Poenis promiserant Romani, Carthaginem fore liberam,
(Vid. Grotius. d. cap. 16. §. 15.) recte perfidiæ rei habiti fu-
ere Romani, dum volueré, ut Carthaginenses eversa
urbe sua alias sedes quererent : quia vox libertatis ex
usu P. R. eum sensum habebat, ut non privatam ho-
minis libertatem, sed publicam Civitatis denotaret,
quod ex Tacit: lib. 1. pr. Annal. Liv. lib. 1. c. 17. lib. 2. c. 12.
Cicerone l. 3. d. LL. aliisque Romanis scriptoribus pa-
tet.

§. 14. Nec minus in Jure Civili hæc regula secun-
da firmata est. In d. enim l. 50. §. fin. d. leg. 1. post etiam illa
patris. consuetudinem, regionis, in qua versatus est, exqui-
rendam esse, dicitur. Sic etiam in l. 34. d. R. Jur. tradi-
tur, semper in stipulationibus & in ceteris contractibus id
sequimur, quod actum est, aut, si non appareat, quod actum
est, erit consequens, ut id sequamur, quid in regione, in qua
actum est, frequentatur. Item in l. 18. §. 3. d. instr. leg.
Optimum esse, ait Pedianus, non propriam verborum signi-
ficationem scrutari, sed in primis quid testator demonstrare
voluerit, deinde, in qua præsumptione sunt, qui in quaquer-
e gione commorantur.

§. 15. Hinc deciditur illa quæstio, si in statuto vox
feudi occurrat, (uti v.g. contingit in Reo. Provino. March. in statutis ex-
d. Anno. 1653. §. 32. ubi statuitur agnatos debita ante d. iam intelli-
26. Julii. 1653. contracta, agnoscere in subsidium teneri, genda sit de
Copp. decif. 39. n. 38.) an etiam ea sit intelligenda de im-
propriuo feudo ? Et omnino hoc affirmatur. Verbum
enim feudi tale est, quod ex usu communi, qui in sta-
tutis attendendus est, propter d. l. 50. §. fin. d. leg. 1. et
B 3 iam

(14.)

iam de impropto prædicatur, unde & in statutis una de impropto intelligenda est. Vid. Finckelth. *Observe.* 20. num. 32. Probat hoc insuper manifestè textus in 1. f. 15. ubi consuetudo, quæ masculis deferebat successioneum feudi paterni & proprii, etiam ad feudum improptum seu maternum exrenditur. Neque, 1. obstat, quod statuta sint strictè juris, indeque eorum verba sint strictè intelligenda: Nam Resp. Consequentia falsa est, cum exinde non sequatur, semper propriè esse verba intelligenda, hic enim usus communis, qui in statutis observandus est, repugnat. Neque⁽²⁾ movet quicquam, quod feudum in dubio præsumatur proprium non improptum: Nam Resp. Hæc longè diversissima est quæstio; aliud enim est, si quæratur, quid in statuto voce feudi veniar? aliud, si vasallo feudum datum sit, ut in dubio dicendum sit, proprium, an improptum? de qua quæstione intra §. 2; pleniùs agetur.

Vox hæredum ex Jure feudalii intelligenda est de hereditate, non quibuscumque, sed feudalibus, indeque illa feendum non facit hereditavitum mixtum.

§. 16. Porro ex hoc ipso principio decidenda est illa intricatissima quæstio de feudo hæreditario mixto, quale ex voce hæredum in investitura adjecta non induci verius est. Siquidem ex usu publico Juris Longobardici ea vox intelligitur de hæreditibus feudalibus, non verò quibuscumque 1. f. 1. §. 2. in fin. & 1. f. 13. in fin. 2. f. 18. 26. §. fin. Imò ex illa voce hæredum, quæ hic ambigua est, & dubia, probari certò non potest, mutationem factam esse à proprio feudi natura, quæ continetur in textu. 2. f. 45. Videantur hic pluribus Per-Illustris Dn. Præsidis, Viri meo elogio majoris, Dn. Henrici Cocceji, Preceptoris ac Patroni mei æternis obsequiis devenerandi, Hypomn. Jur. Feud. Tit. 3. §. 28. & seq. ubi totam hanc rem implicatissimam ex intimis Juris rationibus, & ipsis Curiæ Feudalis Palatinæ Actis solidissimè expedivit.

§. 17. Sun-

§. 17. Sunt tamen & formulæ, quæ ex usu com-
muni certam adeptæ sunt significationem, sicuti cùm ^{zum Erbs-}
conceditur zum Erblehn / subintelligitur hæreditari-
um mixtum, in quo etiam fœminæ, sed non nisi post
masculos, succedunt. Per-III. Dn. Præfid. hypomn. feud. quid signifi-
cat. tit. 3. §. 41. Ita quoque formulâ, hæreditibus quibuscunque.
feudum mèrè hæreditarium intelligi, ulus firmavit:
Hartm. Pift. lib. 2. quaſt. 1. n. 44. & Dd. ibi allegati.

§. 18. Hactenus duas regulas ratione interpreta-
tionis dubiæ voluntatis pertractavimus; Sequitur ter-
tia, & ultima, quæ est, si non appetet usus publicus ipsam, regula tra-
dictio. vocis proprietatem & naturam esse insufficienam.

§. 19. Hujus ratio omnium manifestissima est, uti ^{illa quoque}
enim res tamdiu manet in statu & qualitate Naturali,
donec mutatio ejus appareat, aut, quòd ab eo reces-
sum fuerit, constet, ita quoque in vocibus usu venit;
eas enim tamdiu in propria & quasi naturali ejus fi-
gnificatione accipere oportet, usque dum ab ea recessum
esse appareat: illa enim certa est & clara, quòd
autem ab ea recessum sit, nondum appetet; Ergo qui
allegat proprium & nativum vocis significatum, illi
ex eo juri dici potest, præ alio, qui ab eo recessum esse
allegat; ille enim dicit aliquid quod obscurum est, &
quod nondum probatione certum reddidit.

§. 20. Patet ex his iniquè cum Carthaginensisibus
egisse Romanos, inter quos conventum erat; ne bellum ^{contra eam}
NB gererent illi injussu P.R. Liv. l. 30. cap. 37. dum judicati
sunt contra fœdus egisse, non inferendo bellum, sed pro-^{peccasse Ro-}
manos, Lo-
pulsando. Liv. l. 49. Sic quoque apud Valer. Max. lib. 6.
c. 3. contra hanc regulam peccarunt Romani, qui cùm
à Rege Antiocho dimidiā partem navium accipere
deberent, medias omnes secesserunt: ex proprietate e-
nim

nim vocis, *navis* secta navis non est Add. Macrobi. *Saturn.* l. 2. c. 6. Idem judicium est de Locrensiū factō, de quo supra §. 9. jam diximus; egere enim contra naturam & proprietatem vocum; caput enim suā naturā caput naturale, non fictum, denotat, & terrae insistere, est insistere solo, non vero arenæ calceamentis injectæ.

Promissum ei qui primus hoc fecerit, si plures simul dubium removetur l. 10. pr. d. reb. dub. §. 21. Hac posita regulâ decisi quoque facile est, quid judicandum sit de casu, si præmium promissum sit ei, qui primus muros adscenderit, (cujusmodi præfecerint, cui mia sæpe proponebantur ad acuendam militum virtutem) & plures forte simul adscenderint, ac concurrant. Nam vox *primus* suā naturā duo significat, (1.) qui ita primus est, ut omnibus prior. (2.) quo nemo prior Priori modo unus saltē primus esse potest, posteriori vero plures: & hoc sensu posteriori cùm primi etiam dici possint, qui simul pervenerunt, quia illis nemo prior est, utique dicendum est, utrique præmium debet, non quidem in solidum, sed ut dividatur inter eos: ex tenore enim dispositionis unum saltē præmium promissum est, & in eo, an velit plura dare, dispositio ceslat, utpote dubia, ex qua jus nasci nequit, per §. 2. Nec ad rem pertinet, Scipionem apud Liv. l. 26. c. 48. aliasque egregios Imp. & belli Duces hoc casu foliida distribuisse præmia, id enim ex generositate egerre, non necessitate, aut vinculo quodam juris ad id compulsi. Neque hic scrupulum facit l. 10. pr. d. reb. dub. ibi enim ex singulari numero appetat aliam fuisse voluntatem testatoris, dum voluit ad unum saltē pervenire legatum, sc. ad eum, qui *primus* *Capitolium adscenderit*: unde si duo pariter adscenderint, & sic in duabus simul impleatur legati conditio, inde resulat incertudo, quæ legatum vitiat. Brunnem. ad. d. l. 10.

§. 22. Nec

§. 22. Nec minus ipse LL. Civiles hanc regulam firmant; In iis enim perpetuo dicitur, in dubio potius pro sensu proprio, quam in proprio praesumti, uti ex inspectione plurimarum LL. apparet; & in primis ea traditur in l. 67. d. reg. Jur. Unde & Canones definiverunt, vocem substitutionis in dubio non de fidei-commissaria, sed de directa intelligi debere: cap. 1. d. testam. in 6to. cum ea sit propria vocis significatio. Dn. Struv. Exerc. XXXIII. l. 9.

§. 23. Hinc porro fluit, quid in dubio sit dicen- Quid in du-
dum de feudis, ubi de eorum qualitate quaeritur. Ni-
bio statuen-
dum sit de
mirum; quod in dubio feudum proprium censendum
qualitate
sit, non vero in proprium, l. f. 1. §. 3. & l. f. 4. §. 3. 4. & feudi?
2. f. 2. §. fin. Vid. saepius laudatus Per Illustris Dn. Pra-
ses in Hypomn. Jur. Feud. Tit. 3. §. 2. Et quod potius ha-
beatur pro feudo ex pacto & providentia, quam pro ha-
reditario. Mynsing, Sing. obser. cent. 4. Obs. 2. ubi n. 5.
refert ita in Camera judicatum fuisse. Gail. l. 2. Observ. 154.
n. 20. 21. Finckelt. disp. feud. 2. controv. 19. Neque hic ob-
stat texrus in 2. f. 18. vel l. 9. d. probat. ubi dicitur, quod
quis in dubio praesumatur prospicere voluisse suis hereditibus,
unde feudum in dubio hereditarium videri poterat.
Nam Resp. (1) feendum non dependet a sola Vasalli vo-
luntate, ut inspicatur unice quid iste voluerit, sed po-
tissimum attenditur voluntas concedentis, qui potius
praesumitur voluisse etiam prospicere suis hereditibus,
quod citius ad eos feendum reverteretur. Accedit (2)
quod haec praesumtio, quae est juris positivi, non obti-
neat in dispositione legis, qualis hic occurrit, ubi in
dubio naturae rei inherendum est, quae est quod sit ex
providentia domini & legis, donec mutatio appareat,
per allegata supra §. 19. Sic porro feendum in dubio

C

non

(18.)

non præsumitur esse foeminiūm. I. f. 1. §. 3. 2. f. 2. §. 2.
verb. contra feudi consuetudinem. Rosenth. d. feud. cap. 2. Concl.
8. Struv. de Jur. Feud. cap. ult. Aphorism. 13. Finckelth. disp.
feud. 2. Controv. 18. Nec Francum. arg. 2. f. 23. in fin. & 2.
f. 76. nec censiticum. arg. I. f. 27 pr. nec temporarium,
aut morte cessans, & sic nec Guardiæ, nec Gastaldiæ,
aut officio cohærens I. f. 4. §. 3. & 2. f. 81. de quibus
prolixiūs, ut & de vexatissima illa quæstione, an feu-
dum in dubio sit novum, an verò antiquum, videatur
omnino Magnifici Dn. Præsidis disp. d. probat. Feud. cap. 5.
§. 13. & seqq.

Regule in
factis dubiis
interpretan-
dis tradun-
tur.

§. 24. Postquam itaque persecuti ordine sumus,
qua ratione interpretatio facienda sit, si dubium oria-
tur ex verbis: ordo instituti jam postulat, ut brevibus
quoque tradamus, ac ostendamus, quid juris obtine-
at, si ex factis, ex quibus de voluntate disponentium
constare debet, dubium aut ambigui quid resultet. Di-
cimus autem easdem ferè hic observandas esse regu-
las, ut in dubio I. inspiciatur usus agentis, seu' quomodo
negotium gerere soleat II. Usus publicus. III. Illud, quod
ex Natura negotii ejusque forma ac ratione fluit.

Earum ra-
tiones red-
unduntur.

§. 25. De earum omnium ratione constare potest
ex iis, quæ de verbis dubiis interpretandis suprà addu-
ximus. Maximè autem pro ratione regulæ tertiae
notandum venit, quod in negotiis moralibus & Civilib-
us illud habeatur pro Naturali qualitate, quod ple-
rumque & περὶ τὸ πλεῖστον ei negotio inesse solet. Hinc,
qui allegat, quod naturale est isti negotio, allegat,
quod clarum est, & pro certo moraliter habetur, &
sic ex illa causa ipsi jus dici potest.

Cui conces-
sum est iter,
eritiam redi-
tuu concessus.

§. 26. Quare & acriter insurgunt contra Alexan-
drum M. & hanc veluti unicam maculam Duci huic ad
hæsiſſe, cetera in bello agere justè & regaliter solito,
asle-

afferunt Diod. Sicul. l. 17.c. 84. Plutarch. apud Grot. d. f. ^{et}, ubi de
B. & Pac. l. 3.c. 21. §. 16. quod, cum concessisset iter in ca-
stra, in reditu omnes occiderit; Quicquid sit de hoc facto
Alexandri, quod tamē alii fallo tanti Heroi affingi vo-
lunt, jus certum est; cui concessū est iter tutum, ei quo-
que concessum est, ut tutò in eum locum reverti possit:
is enim dernum est itineris terminus, cum nihil quoq; in-
tersit, an quis in itinere, an in reditu occidatur.

§. 27. Nec minus ex his regulis facile deciditur illa ce-
lebris quæstio apud A. Gell. Noct. Att. lib. 1.c. 13. An Dux ^{tum per a-}
^{quipollens}
belli, aut alius mandatarius, mandatum per aequipollens imple-
re posse, v.gr. Juslus quis est ex certo loco prædam age-
re ad sustentandum militem, hic verò ex alio loco a-
gat. Qu. An excedat fines mandati? Resp. Torum hoc
dependet ex natura negotii: regulariter quidem ve-
rum est, quod non possit, cum omne jus suum ex man-
dato habeat; ex alio verò loco prædam agere ipsi man-
datum non est. Altera tamē potest voluntas interpreta-
ri, licet non ex verbis, tamen ex natura & ratione nego-
tii mandati; Voluit mandans, prædam ex hoste agi, mili-
tem ali. Hæc ratio mandati est. Quid si ergo ex illo loco
non possit, imminentे forte hoste, ex alio possit: Ratio
mandati probat hoc voluisse mandantem; Voluit enim
prædā agi uti potuit, nō uti nō potuit: utiq; cæteris pari-
bus, & nisi appareat peculiare momentū in loco tuisse,
adeoque & illum ad rationem mandati pertinuisse.

§. 28. Inde quoque ex regula tertia plurima in Ju-
re Civili deducuntur, quorum fundamentum est, quod ^{Exempla ex}
muratio non præsumatur, sed cuique negotio in dubio
ea inesse dicantur, quæ ex ejus natura inesse eidem
solent, adeoque, qui contrarium afferit, illud probare
debeat. l. 22. d. probat: Indeque in dubio (1) quis cen-
setur retinuisse domicilium suum, si non constet de a-

nimo, quod aliud sibi constituerit, arg. l. 27. §. 2. ad municipl. Gail. l. 2. Obj. 35. n. 7. & Dd. apud Struv. Exerc. IX. l. 25. & 31. (2) pro validitate actus fit interpretatio. l. 12. ff. d. reb. dub. arg. l. 2. ff. d. his qui in test. del. (3) in dubio reus non condemnari, sed absolvidebet; hominum enim status naturalis est, ne sint rei criminum, & quod pro innocentibus habeantur, donec malitia, quæ facti est, probetur. arg. l. 51. pr. pro soc. (4) inde quoque deciditur ex l. 57. pr. d. acq. vel omitt. hered. quod in dubio suus se immiscuisse presumatur, ad hunc effectum, ut ipse probare debeat, se abstineat, non vero creditores, qui eum forte convenientur. Cum enim suus lege & ipso iure sit heres, & vivo patre quodammodo dominus existimetur, & magis dominium continuare creditur, §. 2. Inſt. d. hered. qual. & diff. l. 30. §. 10. d. fid. libert. l. 11. d. lib. & poſth. §. 4. & 5. Inſt. d. her. quæ ab int. hæc qualitas naturalis tamdiu adesse presumitur, donec suus probet, se abstineat, & beneficio hoc singulari Prætoris usum tuisse, quod facti est, & dubium, adeoq; ab illo probandum. Dissent. Dd. Communiter, quorum tam sententia contra justam evidens in praxi obtinere videtur. Carpz. l. 6 resp. 64. n. 5. § 6. Brunnenm. in l. 1. C. finit. ab her. n. 2. Struv. Exerc. XXXIV. θ. 22. Tiraquell. tract. le mort. sait le vif. p. 7. decl. 2. n. 8. Anton. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 12. def. 3. quamquam hi duo præjudicio in super allegato varie distinguant. Vid. prolixius Disp. sub præsidio Per-illustris Dn. Coccejici habita, de Success. Nepot. sect. 3. §. 5. Simile de aliis casibus judicium esto, quos omnes hic recensere, nimis longum fore.

In privatis res præsumitus potius est allodialis, quam feudalis.

§. 29. Non possum tamen, quin ex his principiis decidam nobilissimum illam quæſtionem, num bona in dubio videri debeant feudalia, an vero allodialia? Quæ res expediti distinctione debet: In privatis enim res

(21.)

res præsumitur esse potius allodialis, quam feudalis; cum (1) hæc sit qualitas rei naturalis, ut libera sit à servitio l. 9. C. d. serv. & ag. quæ sunt in feudis præstanta, talis verò res libera est allodium: (2) feendum constituitur per conventionem. Vid. Per. Ill. Dn. Præsidis *hypomn.* *Jur. Feud. tit. 68. §. 3.* quæ cum facti sit, nō præsumitur, sed probari debet, per *vulgarata:* (3) quoq; id expressè dicitur in 2. f. 26. §. 1. ubi filia, quæ prædium allodium dicit, contra agnatos & dominum, qui feendum esse contendebant, in possessione defenditur: (4) id praxis etiam servat: Laté Carpz. p. 1. const. 27. def. 7. & 9. Finckelthus. *diff. Feud.* 2. *Controv.* 18. Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. cap. 16.* *Aphor.* 11. ubi n. 2. tradit, possessionem quoque, licet filiabus forte adentam, ipsi fuisse restitutam à Scabinis Lipsiensib⁹ ad Consultationem der Fürstl. Magd. Regierung zu Halle. An. 1651. eamq; sententiā à Sctis Jenensib⁹ fuisse confirmatam.

§. 30. At longè aliter se res haber in jurisdicitionibus, & Regalibus, maximè in Comitatibus, nedum in Ducatibus. Concessiones siquidem talium jurium sunt stricti juris, & interpretationis, atque tales alienationes in dubio non intelliguntur simpliciter factæ sed retento dominio directo. Ducatus insuper atque Principatus non nisi jure feudi concedi possunt à Regum. Secus est in Jurisdicitionibus, maxime in Comitatibus, nedum in Ducatus, et in Regalibus, tamen in Ducatus, et in Comitatibus, et in Regalibus.

Annal. cap. I. quæ sialicui concedi possent jure alodii, seu dominii directi, non amplius dependerent à Rege, sed forent plane summæ atque regno exemptæ potestates, quod cum forma reip. Romano-Germanicae directio pugnat. Expressè insuper hoc confirmat utrumque speculum. Vid. Spec. Saxon. l. 3. art. 58. & Suevicum, lib. I. cap. 31. Comitatus quoque, etsi non sint talia nomina propria potestatis, adeoque jure allodii concedi possint, & saepius concessi sint, regulariter tamen & in dubio

(22.)

dubio habentur pro feudis, ut sc. suâ naturâ officium Comitis terræ cohæreat, & simul cum eo in feudum detur, ex ratione, quam in princ. hujus §. allegavimus. Minùs itaque rectè, non solum hæc inter se confundit Reinking. *d. reg. secul. lib. 1. class. 4. cap. 16. n. 38.* & seqq. sed & contra naturam *n. 40.* asserit, quod Ducatus & Comitatus potius præsumantur allodiales, quam feudales, secutus in eo Sixtinum, Menochium, aliòsque, quos ibidem allegat; sed (pace hujus Viri dixerō) triplicem h̄ic commisit errorem, (1) quod dicat, in Comitatibus eorum fundatam esse intentionem qui dicunt, eos esse allodiales, & sic regulam, quam tradimus, invertat, (2) quod velit, dari Ducatus allodiales, quos nec dari posse, nec unquam fuisse, probavimus. (3) quod statuat, in dubio Ducatus præsumi allodiales, non feudales, quod tamen ex præcedenti errore fluit, & ex iis, quæ dicta sunt, concidit.

SECTIO III.

De Eo quod justum est in dubio, ubi de præsumptionibus ex Jure positivo.

§. 1.

*Extra præ-
dictas regu-
las obinet
jus §. 2. scilicet
præcedere.*

Quas superiori lectiōne regulas perlustravimus, illæ, si jus Naturæ inspiciamus, in dubio omnem voluntatis interpretationem absumunt. Ut itaque extra illas obtineat s̄p̄ius allegata regula, quod ex dispositione, quæ clara eo jure reddi non potest, non nascatur jus, neque obligatio oriatur, nisi quoque voluntas declarata est.

*Optime ta-
men supple-
re Jus N.*

§. 2. Non tamen interim laude sua defraudandi sunt Jcti Romani, qui cū viderent ex Juris N. regulis ob

(23.)

lis ob verborum ac signorum defectum ita rem semper definiri non posse, ut dispositio certa inde appareat, hoc dubium supplendum esse putarunt; indeque imbecillitati humanæ optimè consultum volvēre variis præsumtionibus, quæ in dubio interpretandæ disponentium voluntati inservirent.

§. 3. In his præsumtionibus tam prolixī fuere Interpretes, utferē in infinitum hæc sola præsumtio- num materia excreverit. Quantum enim est, quod Al- ciatus, Menochius, aliiq; Viri doctissimi de præsumtio- nibus scripsere? Quare mei instituti hoc loco non erit, post Homerum Iliada canere, aut actum agere, sed ea ad pauca, & tres classes redigere, ut hoc ipso appareat, totam illam tractationem meri juris positivi, quæ verò sectione præcedenti de interpretationis regulis dicta sunt, ex ipsis Naturæ principiis de prompta esse.

§. 4. Prima itaque præsumtionum classis est, quod ^{Prima præ-} sumptionum ^{fumionum} ^{classe ex ju-} re civili, ^{re civili,} in verbis, & in factis dubiis id præferatur, quod est benignius & facilius. l. 9. d. reg. Jur. l. 21. d. reb. dub. Hanc au- tem regulam ex jure positivo esse patet, cùm fieri po- tuerit, ut partes voluerint illud, quod majus est, quo casu secundum illud ipsis jus dici deberet: Nam nul- lum apparet argumentum voluntatis, eos voluisse il- lud, quod benignius est, & quod facilius: nulla insuper est consequentia, potuerunt velle, quod facilius est, ergo volvēre, cùm, ut scholæ loqui amant, à posse ad esse non valeat consequentia.

§. 5. Hinc est, quod in dubio (1) si pater & filius pubes simul periēre bello, naufragio &c. & mater su- perstes existat, pater præsumatur prior mortuus, quia benignius est, ne mater à luctuosa filii hæreditate ex- cludatur l. 9. §. 1. d. reb. dub. Carpz. p. 1. conf. 17. def. 10. (2) quod

(2) quod hoc secus sit, si filius sit impubes, tum enim propter infirmitatem præsumitur id, quod facilius est, i.e. eum prius mortuum fuisse, d.l. 9. §. ult. l. 22. l. 23. d. reb. dub. quam distinctionem usu etiam firmari tradit Finckelth. Obs. 52. num. 15. & ita in Facultate Lipsiensi responsum fuisse, refert. n. 24. (3) ad hanc benignitatem pertinet causus l. 17. §. 7. ad Sct. Trebell. si nimis rurum heres rogari sit restituere hæreditatem, sub conditione, si sine libris decesserit, filius autem simul cum patre naufragio, aliove casu perierit, superstite fidei commissario, magis est, ut in hac re dubia arbitremur, patrem supervixisse filio. Finckelth. d. Obs. 52. n. 20 seqq. (4) quod si eadem quantitas sæpius legata sit, in dubio id præsumatur, quod minus, sc. multiplicationem legati factam non esse; hinc legatarius debet probare, testatorum voluisse, ut bis præstetur legata quantitas. l. 34. §. 3. d. leg. 1. Dn. Struv. Exerc. XXXV. b. II. (5) quod plerumque credendum sit, eum, qui partis dominus est, jure potius suo reuti, quam furti consilium inire. l. 51. pro soc. & sic in coeteris plurimis exemplis.

Secunda
præsumptio-
num. clas-
causæ, vel etiam partis sunt constituta; quæ non minus ex mero jure Civili est, quam quæ §. 4. tradita fuit; Longè enim diversissima est quæstio, quid ex justitiæ regula alicui tribuendum sit, ab ea, quid favore dignum sit; illud est necessitatis, hoc arbitrii; & potest quis favores concedere nullo juris intuitu, & præterre illud, quod minus favoris habet.

Variae ex-
emples illu-
bratur.
§. 7. Plurima ex hac quoque classe fluunt quæ Jure Civili constituta sunt, ut (1) in favorem libertatis, quod in dubio ejus intuitu testator præsumatur inconsulto fecisse deletionem. l. 3. in fin. d. bis q. test. del. serv. igno-

pignorate si libertas directo data fuerit, quod ille contra juris regulam posit ex fidei commisso liber fieri. l. 24. §. 10. d. fid. lib. (2.) in favorem testamenti, pro cuius firmitate presumitur. l. 2. d. b. q. test. del. Et (3) testatoris, qui non presumitur nimis voluisse onerare hæredem suum; unde si fidei commissum à legatario relictum, & hoc ademitum sit, ipsum quoque legatum ademtum esse censetur, l. pen. §. 1. d. adim. vel transf. leg. quia legatario est relictum in nullum casum, ut habeat; sed ut restituat. (4) pro legitimo partu presumitur, l. II. §. 9. l. Jul. d. adult. l. 29. §. 1. d. probat. (5) pro liberatione, l. 2. d. pac. Ut cetera raceam tere infinita, quæ in favorem singularem constituta sunt.

§. 8. Denique ultima classis eorum est, quæ sunt introductæ in panam velodium partis, quæ itidem classis ad merum jus positivum pertinet; Licet enim magistrati ob utilitatem publicam, & in poenam negligentiae licitum sit, etiam jus quæstitum subditis auferre, hoc tamen non est Juri Naturali, sed Civili & positivi, cum omnes poenæ, quales etiam sunt privilegia haec odiosa, præter talionem, meri juris positivi sint, & pertineant ad utilitatem reipubl. non ad reparationem damni aut injuria, ut ex exemplis in §. seq. apparebit. Ut itaque in his omnibus non sit interpretatio ex Jure Naturæ, ubi firma manet regula, quod ex dispositione non oriatur jus, nisi clara sit, quia est voluntatis declaratio, quæ non est, si quid subsit, quod obscurum est & ambiguum, quod ex illo Jure interpretationem recipere nequit, per tradita sect. 1. §. 1. sect. 2. §. 2.

§. 9. Hinc est, quod interpretatio in dubio (1) fiat contra eum, qui potuit apertius loqui: l. 34. d. contr. emt. l. 39. d. pac. Brunn. ad l. 26. ff. d. reb. dub. (2.) Qui

D

sciens

Probatur ex
exemplis.

(26.)

sciens indebitum solvit, donare videatur. l. 53. d. R. f.
(3) Qui sciens in alieno ædificat, donare censeatur. §. 13.
Inst. d. Rer. divis. (4) si dominus ex negligentia patitur
infucapi, censeatur alienas. l. 29. ff. d. reg. Jur. Atque
sic de aliis.

*Præsumtio
juris liberat
ab onere pro-
bandi.*

§. 10. Quæ hactenus de præsumptionibus juris Ci-
vili diximus, ea insignem hunc in Jure effectum ha-
bent, ut, si intentio actoris in illarum una fundata sit,
is liberetur ab onere probandi, transferatq; illud in ad-
versarium. Intentio siquidem actoris in dubio vi &
potestate legis pro vera habetur, & sic probata censem-
tur. Atque hoc sensu præsumtio juris dicitur proba-
tio liquidissima à Dd. Carpz. lib. 1. resp. 66. n. 10.

*Potest tamen
solidi contra-
ria probatio-
ne.*

§. 11. Nontamen hæc præsumtio juris vi legis pro
probatione ita habetur, ut causa dubio hoc ab adversa-
rio eximi, & certa fieri probatione contrariâ non possit.
l. 10. C. d. non num. pec. l. 24. & seq. d. probat. Carpz. p. 2.
conſt. 2. def. 8. Gail. l. 2. Obf. 144. num. 6. cùm & vera, ne-
dum jure præsumta, probatio admittat probationem
contrariam, Gegenbeweß. de qua Vid. Carpz. process.
judic. tit. 13. art. 2. per tot.

*Nisi præsum-
tio quadam
fiat contra
partem in
pœnam.*

§. 12. Attamen exceptio est in illis, quas recensui-
mus §. 9. ubi sc. interpretatio fit contra partem in pœ-
nam. Hæc enim interpretatio juris, non tam æsti-
matur ex præsumpta voluntate, quām in pœnam malæ
fidei, aut negligentiae ita inducitur. Non itaque hoc
statuitur, quasi credantur ita voluisse, sed vice versa,
creduntur ita voluisse, et si noluerint, aut longè aliter
voluerint: & sic probatio ob eam causam in contrari-
um non admittitur.

SECT. IV.

SECTIO IV.

De Interpretatione juris dubii: ubi de origine juris dubii.

§. I.

Illud permirum hoc loco videri potest, quale jus *Mirum Bi-*
dubium hāc sectione proposituri simus, cūm ex l. deri, quale
2. ff. d. jur. & fact. ignor. appareat, jus certum elle-
& fioitum. Evidem, si juris artem & ipsam Pruden-
tiam Juris spectas, quæ singulare Dei beneficio à Ro-
manis cum ipso Imperio devoluta ad nos est, illa à
suo fonte omnia dicit, & singula suis regulis ac rationi-
bis ita comprehensa sunt, ut uno veluti spiritu omnia
regi videantur.

§. 2. Verum, quod deplorandum maximè est, de *Magno ju-*
scivit postea à suo cerro statu Jurisprudentia, & postli-
minio quasi reductum fuit jus incertum; unde non nisi
præsentissimum ab omni parte periculum imminere
potest. Quid enim (1) lucretiosius partibus ipsis con-
tingere potest quam sentire, ab incertis hominum ar-
bitriis, & judicium libidine quicquid nascatur contro-
versiæ dependere, & cogi sæpius post multos labores &
incommoda lites relinquere indecisas?

§. 3. Ut raseam (2) quam periculosum hoc sit ma- *Periculosum*
gistraturi seu judicibus; cum enim his jura regendi, & hoc quoque
contra invitatos exequendi potestas à Deo Vicario ejus
nomine data fuerit, & sic illorum conscientia legibus
obligata sit, certè in hoc dubio jure illud interius ani-
mi judicium, quod surdo verbere cædit, facile negligunt. *neglecta ju-*
Tanto siquidem opinionum conflitu obtusi, quose vertant, ultio-
nesciunt, sicuti conqueritur Corat. d. Comm. Opin. præf. *stitia sequi-*
tur diuina

D 2

n. 20. us

n. 20. ut tuti ab animæ periculo essent. & rei sententiam ferre
valeant, penitus ignorant. Imò (3) quod omnium ma-
ximum est, ipsa Resp. in salutis luæ discriminem venit.
Nisi enim illa regatur certo jure, non multum aberit à
Collegio larrorum: cum in illa magistrat⁹ non amplius
tueantur civium jura, sed pro lubidine & promiscuē
in iis graventur. Ut rectissime itaque dicat doctissi-
mus Augustin. d. Civit. Dei cap. 44. Remota justitia quid
sunt regna, nisi magna laracinia? Et digna vox Cæsaris est
apud Suet. in eus vit. cap. 77. Sine justitia nihil esse remp.,
appellationem tantum sine corpore ac specie. Denique (4)
Justitiae neglectū (quaे in certo jure non potest non ne-
glecta videri) indubitate divina ultiō sequatur neces-
se est, quemadmodum observationem felicitas publica.
Quoties enim est, quod in sacris literis legimus. Legis-
latoriē summum, non obiter aut frigide, sed cum hor-
rendis execrationibus, quin sub comminatione interi-
tus justitiae exercitium injunxisse populo Hebræorum?
Vid. Jerem. cap. 21. vers. 12. & cap. 22. vers. 3. cum seqq. Quin
& hunc fuisse Gentium consensum nemo dubitat, dum
confessæ sunt, justitiae studio stare ac interire respubli-
cas. Ita Rhodii ad Romanos; Vos, inquit, estis, qui
ideo felicia bella vestra, quia justa sunt, præ vobis fertis. Idem
Camillus egregie exprimit in oratione ad Senatum a-
pud Liv. l. 5. cap. 51. Intuemini, dicit, horum deinceps anno-
rum vel secundas res vel adversas, invenietis omnia profere
evenisse sequentibus Deos, adversa spernentibus. Add. Per-
Illustis Dn. Præfid. Oratio, Utrum armis magis &c. ubi
ex omni antiquitate egregie ostendit, justitiā & remp.
Romanam individuo fatorum nexu pariter sterisse
ac cecidisse. Atque adeo iste justitiae neglectus, qui
ex dubio atque incerto jure originem suam trahit, o-
mnium

rnium malorum lerna est, & quem tandem ipsius rei
publ. exitium, tanquam umbra corpus, sequitur.

§. 4. Si autem causas dubii hujus juris investiga-
mus, plurimas iuveniemus. Primo quidem eo pluri-
mum contulisse dissentientis olim JCtorum scholas,
nulli dubitamus. Qui enim non liquet, JCtos antiquos
à Philosophis institutos, diversisque sectis addictos fu-
isse? quamquam hoc in paucissimis capitibus contige-
rit, cum maxima illorum pars Stoam seu Porticum se-
cuta sit. Vid. Cicero 3. famil. Epist. 9. & in Orat pro L.
Murena. Secunda verò juris dubii causa adscribenda
venit Rescriptis Recentiorum Impp. & imprimis Ju-
stiniani : tot. tit. Cod. de div. rescript. §. 6. Infl. d. Jar. N.
Gent. & Civil. quibus Impp. jam tunc incremente pluri-
mum barbarie, suo arbitrio jura constituerunt, non at-
tentā verā & genuinā juris ratione. Unde necessariò
sequi debuere collisiones, & pugnæ legum inter se, ra-
tionem enim & arbitrium non semper convenire con-
stat. Quæ & causa fuit, quòd de Macrino in ejus vita
in fin. tradat Capitol. eum voluisse jura tollere. Tertiò, &
omnium maximè, hoc malum promovere Interpre-
tum, qui adhuc hodie extant magno numero, dissen-
siones infinitæ. Cum enim hi tam imperite ac magna
cum imprudentia in aliorū scriniis compilandis suda-
verint, & alii alias, prouti in eorū manū incidere, descri-
pserint, omnem Juris ordinem miserè turbarunt, ne-
que amplius, ut decebat, juris momenta & causas se-
cuti sunt, sed aliorum opiniones, uti aves, quarum u-
nam prævolantem turmatim sequuntur reliquæ o-
mnes; ut, licet facetè, verè tamen Justus Lipsius lib. I.
de Constant. c. 9. eos comparet stultis, quos custos aut ma-
gister alligat straminis vel exigui filii nodō, qui questant, quasi
*Cause juris
dubii varie
sunt.*

(30.)

ferro aut vera compede devincti: Similis, addit, eorum a-
mentia est, qui futili nudæ opinionis adstringuntur vinculo ad
certam alicujus opinionem.

Hinc variè
de norma
definiendi
juris dubii
cogitatum
fuit, quam
praxin di-
xere.

§. 5. Itaque cùm postea serò nimis & post vulne-
ratam causam deprehenderent, quantis maliis hoc ipso
implicata fuerit ars juris, variè de remediis cogitatum
fuit, quibus tolleretur in foro jus incertum, & solliciti
tuere de certa quadam norma, quā definientur in de-
cisionibus caularum hæc jura dubia ac controversa.
Hanc ergò normam dixerunt praxin, omnisque ejus
usus eo absolvitur, ut illâ, tanquam filo Ariadnæo,
per inextricabilem ferè juris incerti labyrinthum felici-
ter perducamur, atque tuto non minus, quam certò
jus ad facta emergentia applicare queamus.

SECTIO V.

De Remediis juris dubii definiendi per- peram adhibitis.

§. I.

Medio seculo
auctoritatem
glossæ & com-
munis opini-
onis adhibu-
erunt.

VUlneri huic generi humano quam atrocissimo
medelam adhiberi medio seculo Dd. visum fuit
per auctoritatem glossæ & communis opinionis;
hoc est, ut in hoc jure dubio & opinionum conflicto,
saltē quod à glossa, vel etiam à majori parte Dd. sta-
tuitur, qui super casu, de quo ambigitur, scripte, il-
lud judicando & consulendo sit attendendum. Azzo-
guid. d. Comm. Opin. l. 3. cap. 1. Et hanc communem o-
pinionem ab omni pena judicem excusare in syndica-
tu voluere, imò eam tanquam ipsum jus servandam
esse, responderunt apud Coratium. d. Comm. opin. in
prefat. n. 31.

§. 2. Hu-

§. 2. Hujus autem communis opinionis communis occasio hæc fuit. Cùm post glossam veteres Interpretes, egregii ac viri summi, in primis Bartolus, Baldus, Angelus, Imolensis, Salicetus, Socinus, Castrensis, immensa volumina in jus edidissent, reliqui horum autoritatem cœco impetu secuti sunt. Erant si quidem minus securi de ipsa Jurisprudentia, satis sibi esse putantes, si vasta illa volumina, quæ vix ab homine perlegi poterant, in indices refloventer, & in quo illi, vel eorum plurima pars convenienter, prolege, aut quasi ex tripode dictum haberent. Hoc vocarunt nomine communis sententiæ, & ab ea in foro recedere netas duxere, legum ratione, ne dicam lectione, susque de que habita. Cùm itaque hoc modo secuti fuerint antecedentium gregem, *pergentes, non quā eundum, sed quā* *itur*: Senec. d. vit. beat. in pr. hinc augebatur quotidie in immensum scribentium numerus, moti magna illa describendi alios, & ita libros cumulandi facilitate: sed cùm deprehenderet variorum sententias varias in diversa & contraria vocantium, numerare cœperunt sententias, & quæ numero præponderat, eam amplexi sunt; optimum rati id, quod magno assensu receptum est. Atque hoc praxin vocarunt. Quasi verò tam bene cum rebus humanis agatur, ut meliora pluribus placeant; argumentum *pesimi*, turba est: Senec. d. vit. beat. c. 2. in pr.

*Que fueris
occasio, com-
munis op-
nionis.*

§. 3. Verum omnibus hoc ipso facile appareat, nullam rem minus posse appellari juris ambigui & incerti normam. Quid enim magis à juris ratione alienum ex cogitari potuit, quam ipsam illam & præcipuam juris incerti causam, Interpretum sc. disensiones & collisiones infinitas, pro remedio ejus decidendi adhibere, *Probatur hoc
ipso miserrimam exitiū
se Juris con-
ditionem,*
quod

quod ipsum adeo incertum est, quam quod incertissimum? *sed. 4. §. 4. n. 3.* Lique itaque quam micerrima tunc fuerit juris conditio, ut ferè de eo actum esse, & nil nisi nomen restare videretur, ipsis quod definitendum erat ex infinito illo Opinionum conflictu, quo nihil indefinitius, & cuius norma erat id ipsum, quod abnorme est quam maximè; cuius dubia solvebantur ex opinionibus omnium maximè vagis & dubiis; Imò ubi iustitia causæ estimabatur judicio illorum, qui ipsi juris ignari, aliorum scrinii compilandis unicè occupabantur.

Probatur communem opinionem non posse esse apparebit. Imò enim, ne quidem inter ipsos con-normam juris dubii, ⁽¹⁾ stat, quid sit Communis Opinio. Variæ siquidem inter eos sunt dissensiones circa ipsam definitionem communis opinionis, dum alii definient, quod sit sententia quid illa sit. de jure non aperto simpliciter probata ab omnibus;

Alii hoc verbum ab omnibus rejiciendum esse putant, & dicunt eam esse plurium opinionem, licet non omnium: Alii denique requirunt sententias præter plurimum, etiam peritorum. Atque sic pro norma juris incerti adhibent id, de cuius definitione, & quid sit, inter ipsos ne quidem convenit. Ut latius ex Corat. d. *Commun. Opin. l. 1. cap. 1.* apparet.

(2) Quot Dd. eam faciant adeo disputatur, ut necessitatur, que sit communior opinio. §. 5. Porro & secundò si inspiciamus, ex quibus constituantur & perficiatur communis opinio, rursum se appetit ingens disputatio, ac quæstio, nimisrum quot Dd. requirantur ad id, ut communis opinio dici possit? Tres enim & hic reperimus sententias & opiniones diversas. Primam qui sequuntur, dicunt, glossam à Bartolo approbatam facere communem opinionem; secunda au-

tem

tem opinio est, quod gloria non solum à Bartolo approbata, sed etiam ab uno alio Doctore, eam constitutat, arg. cap. cùm esses x. de testam. quòd in ore duorum vel trium consistat omnis veritas. Tertia sententia est, quod gloria, cum qua consentiunt tres Dd. constituat ipsam communem opinionem. Horum omnium sententias rejicit, imò in aëre fundatas esse dicit D. Corat. d. l. 1. tit. 2. §. 15. sed sano rem meo quidem iudicio non substituit, quando dicit; se diu considerando in eam incidisse sententiam, ut communis opinio constituantur numero septem Dd. ad minus; si inter eos sit gloria, Hoftiensis, Speculator, Barrolus, vel alius Doctor eximia autoritatis; sin minus, majori numero secundum pondus & autoritatem. Quæ omnia nullo fundamento nituntur: maximè, si ejus rationes inspiciamus: nimirum, quòd numerus septenarius sit perfectissimus: quòd iste quoque in testamentis adhibeat, quòd, ubi de re maximi momenti agatur, septem testes requirantur, exemplo Abrahami, qui pangens cum Abimelecho pacem, septem agnos in testimonium statuerit, & quæ hujus farinæ plura sunt; quæ omnia, utpote JCro vix digna, recensere, nedum pluribus refellere supersedeo; sufficiat, ex his apparere, in hac lite neciri, quæ communior opinio sit dicenda.

§. 6. Accedit tertio, quod communis opinio sépè mutetur, ut, quæ uno tempore communis fuit, jam contraria sit communi, Vid. Nevizan. *Sylv. Nuptial.* l. 5. n. 9. Vulgatum nimirum erat, applicare illud, quod de peculio dicitur in l. 40. pr. de pecul. ad hanc communem opinionem; Eam instar peculii nasci, crescere, interire. Corat. d. tract. in pref. n. 6. Add. Trentacinq. lib. 3. tit. de Novat. resol. 1. n. 2. Cöppen. decis. 58. ubi num. 5.

E

testa-

Imò (3)
Communis
opinio sépè
mutatur.

(34.)

testatur ex Wesenbec. *Consil. 52. n. 40.* sententiam illam,
quod oblationem enormem ex l. 2. C. de res vend. non
sit rescindenda transactio, desuisse esse communem.

Quin (4)
dantur com-
munes oīm-
ones contra
communes.

§. 7. Quin quartò complures reperiuntur ca-
sus, qui de jure adeo controversi sunt, ut adsit com-
munis opinio ex utraque parte; unde Communes or-
tae sunt contra communes. In quo conflictu Com-
muniū contra communes ea oriebatur disputatio,
& nova quæstio, quæ sit magis communis; & unde ma-
gis sit aestimanda communis: quæ & hactenus inter e-
os indecisa, & sic incertissima manerunt: aliis eam
cognoscendam esse existimantibus, ponderatione u-
triusque partis Autorum; aliis, numeratione Docto-
rum. Corat. d. tract. lib. 1. tit. 4. & 5. Unde passim al-
legantur Comunes contra Comunes, & sibi invicē con-
trarias, quarum 609. collegit Hieron. de Cævall. *inspec.*
Comm. opin. contr. Comm. & passim reperiuntur apud Clar-
rum in *Rec. sentent.* & Anton. Gabriel. in *Comm. Conclus.*

Dubitatur
(5) an ei au-
soritas glo-
se sit prefe-
ritanda.

§. 8. Imò quintò inter eos adhuc dubitatur, &
sub judice lis est, an, quando contra communem te-
nuit glossa, communis sit attendenda? Quidam enim
acriter defendunt, eo calu Glossam esse præferendam,
alii verò communem præferendam volunt, & auto-
ritatem glossæ in dubio saltē admittunt; Unde &
Glossam Advocatorum Idolum vocant, ad quod,
exemplo veterum Gentilium, in dubio recurrentum
sit: Vid. Corat. d. lib. 2. tit. 9. n. 21. & seqq. ubi 32. species
quæstionum in dubium vocat.

Tandem (6)
probatur im-
possibile suisse
computare
communem
Dd. opinio-
nem.

§. 9. Tandem sextò, etsi concedamus, illa, de
quibus hactenus egimus, inter eos certa esse, & defini-
ta, impossibile tamen est computare communiorē
Dd. opinionem: Plerique enim, & forte præclarissimi
Eorum

(35.)

Eorum, sententiam suam de illa quæstione non prodiderunt. Quod duplice ex causa contingere potuit: vel quod inter scribendum in eam non iincederint, vel quod privatim docendo scripta in publicum de illa quæstione dubia non edicerint. Etenim hoc familiare illis esse solet, qui contenti aliorum scrinia excerpere, ut, quod omnium facillimum est, maximè scripturire soleant.

§. 10. Ex his, quas haec tenus allegavimus, aliis que causis, doctissimi probatissimique hujus ætatis JCTi, quibus in acceptis ferimus, quod ad pristinum ferè splendorem suum sit restituta ars Juris, merito autoritatem communis sententiae, nisi appareat ratio ne aut legibus fundatam esse, rejiciunt, præteruntq; rationem & Leges. Hoc egregie profiteretur Zafius lib. 1. singul. cap. 7. Accursii glossemata nihil plus pondērū habent, quam alterius doctri viri doctrinæ, quibus utrisque sine textu, aut evidenti ratione nihil creditur. Imo error est, & quidem periculosis, Accursio tantum tribui, quantum confirata Doctorum factione ei tribuitur, qui, etsi fuerit vir doctus, & omni veneratione dignus, tamen errare potuit. NB. & autoritatem juris condendi non habet. Et modesta non minus, quam vera Ejusd. verba sunt. l. 2. singul. cap. 1. n. 26. Nihil apud me loci habet harum ipsarum opinionum, que circumferuntur, autoritas, nisi juris scripti veritas eas ornent, & ad id neutiquam adstrictus esse volo, ut curem, quid alii dixerint, sed potius, quid ex veritate dici possit.

§. 11. Et Reinkingius d. Reg. secul. & Eccl. l. 2. c. 11. Reinkingii. n. 60. ita inquit: Si juris textus, vel ratio evidens contrarium urgeat, judex à communi recedere potest, & NB. debet.

§. 12. Doctissimus quoque Thomingius in decis. Thomingii.

E 2

20. n.

Hinc illa A
recentiorib⁹
rejecta meri-
tō fuit, si
destituatur
textu, aut
ratione: te-
simonium
Zafii.

20. n. 23. § 24. idem affirmat, dum dicit : quod contra communem opinionem licet judicetur, quando legum & rationum autoritate destituitur. Idem decision. 38. n. 24. ex Cicerone lib. 1. d. Nat. deorum : inquit, Neque enim apud nos valere debet commentatorum præjudicata opinio, ut sine ratione valeat autoritas. Conferatur Idem, decis. 4. n. 12. & decis. 48. n. 24.

Hartm. Pistor. §. 13. Hartm. Pistor, lib. 1. quæst. 24. n. 36. hæc refert : Non apud nos tantum valere debet autoritas interpretum, ut veritatem investigare, & eidem ad stipulari nobis non sit integrum. Idem repetit lib. 1. quæstion. 30. n. 24. & lib. 3. quæst. 28. n. 22. & seqq.

Nic. Everard. §. 14. Nicol. Everardus in loc. ab autorit. num. 14. profitetur, non satis esse, opinionem aliquam esse communem, nisi etiam sit vera, non enim mouere debet autoritas dicentis, sed quid dicatur, attendendum.

B. Carpzovii. §. 15. Item solidissimus JCtus Dn. Carpz. resp. lib. 6. tit 7. resp. 70. n. 6. & 7. Juris Confulti autoritas oculos mibi ita non perstringit, ut, mancipii instar, ipsorum dicta & opiniones contra rationem juris amplecti cogar, quantumvis etiam fuerint communes, à quibus alias in judicando & consulendo non facile est recedendum. Non enim major autoritas tribuenda est opinioni communis quam rationi & veritati juris, propter quam à communi opinione tutissime possumus recedere.

Frid. Prückmanni. §. 16. Frid. Prückmannus, JCtus clarissimus, ita refert, part. 1. Consil. 15. n. 32. & seq. Doctoris dictum secundum legem, quam allegat, intelligendum est, adeoque consti-
stere non potest, si non habeat, quo fulciatur, textum. Et postquam Consil. 50. n. 235. retulisset communem Dd. opinionem, nulla lege aut ratione suffultam, hæc additum. Si ergo NB. monstruosam hanc doctrinam ad extre-
mas

mas Lybias usque, veluti monstrorum omnium matrem, depor-
tari curaturum, interim se sectaturum legum veritatisque
fontes. Vid. Id. deinde num. 479.

§. 17. Georg. Adam. Struvius, Vir Celeberri-^{Georg. Ad.}
mus in Synt. Jur. Feud. Exerc. 11. 9. 51. In jurisprudentia ^{Struvii.}
peritorum judicium magnam probabilitatem induxit: potest-
que interdum esse tanta, ut tutissime iudex legem ita
intelligat, & secundum illam interpretationem judicet, NB.
Non autem negamus, ob rationes firmiores ac meliores à com-
muni opinione recedendum esse.

§. 18. Idem quoque profitetur Colerus d. proc. ^{Coleri &}
Execut. p. 1. cap. 6. num. 101. it. part. 4. cap. 1. num. 41. § 42.
& Richter part. 2. decis. 96. n. 90. 91. 92.

§. 19. Eadem quoque sententia est Schifforde-^{Schifforde-}
cherio, Juris Consulto egregio, lib. 1. traet. 18. princ. ubi
ait: Se non tantum commoveri animo, sed & toto corpore
perhorrescere, quando dicunt, communem veriori esse præfe-
rendam. Add. quoque Thesaur. decis. 57. n. 10. Costal. in
Parerg. n. 12.

§. 20. Denique Ulr. Huberus Juris Consultus fo-^{Ulrici Hu-}
lidissimus, in præl. ad ff. Tit. d. Ineff. test. num. 14. egre-
giè ait, Nunquam in autoritate non aubentica acquie-
scendum est, nisi ratio constet, quæ ex lege est: Et mox ad-
dit, Quam difficile sit contra communem Doctorum & præ-
judicia Curiarum, quod veri & meri juris est, obtinere, non
ignoramus: sed non queritur, quid in usu trituraque Fori
prævaleat, verum quid lex & ratio per nubem autoritatum
& præjudiciorum persuadeat.

§. 21. Ac proinde contra communem opinionem ^{Unde contra}
pluribus præjudiciis firmatum respondere non dubi-^{communem}
tarunt Jcti præstantissimi. Sic contra communem Dd. ^{responsum}
sepius quoq;^z
opinionem, pro primo quoque furto valorem V. fo-^{fuit,}

(38.)

linorum excedente, furem esse suspendendum, prouuntiarunt apud Carpzov. p. 4. *conf. 32. def. 4.* Quin & in ipsa Camera saepius contra communes opinio-nes esse judicatum, testatur Mynsing. *1. Obs. 22.* & pas-sim, Item Gail. *1. Observ. 37. n. 9.* Addatur quoq; Hartm. Pistor. *lib. 4. quæst. 4.*

*Quando ta-
men commu-
nis opinio si
sequenda.*

§. 22. Evidem si adeò utrinque sit dubia quæstio, paribusque librata rationibus, ut neutra pars præ-ponderet, sed omnia cœtera utrinque sint paria, com-munem sequendum esse, non negamus cum prædictis Dd. Eo enim casu recedere ab illa velle, secundum Reinking. *d. l. 2. cap. 11. n. 59.* esset plus sapere quam oportet. Quin imò ad miniculum non leve afferet communis Dd. opinio ad firmandam magis sententiam, si ad alias rationes & alia juris præsidia illa accesserit.

SECTIO VI.

De Remediis veris interpretandi juris dubii

§. I.

*Transitio.
Primus juris
dubii de-
niendi mo-
dus est rerum
perpetuo ita
judicatarum
autoritas.*

Hactenus de inidoneis constituendi juris dubii seu praxeos modis pluribus egimus; postulat jam instituti ratio, ut veros & genuinos quoque suppeditemus: quorum primus habetur in *l. 38. ff. d. L.L.* & est, *Rerum perpetuo ita judicaturum autoritas.* Nam ibidem dicitur. *Imperator noster Severus rescripsit, in ambiguitatis, quæ ex legibus proficiuntur, confuetudinem, aut rerum perpetuo similiter judicatarum autoritatem, vim legis obtinere debere:* Has siquidem res judica-tas publica autoritate valere constat; qui enim tales judi-

judices ad judicium admovent, & judicandi facultatem illis concedunt, etiam facto ipso consensisse dicendi sunt in id, quod judicaturi illi sunt.

§. 2. Si vero illa non appareat, recurrendum est in legibus dubiis ad Consuetudinem. *Si de interpre-*
tatione legis queratur in primis inspicendum est, quo jure
Civitas retro in ejusmodi casibus uia fuisse. Optima enim
legum interpres consuetudo est. l. 37. ff. d. LL.

§. 3. Illa autem nihil aliud est, quam jus non scriptum, quod sc. tacita voluntate, (rebus nimis aut factis, *supr. sect. i. §. 3. & 4. declarata*) Ejus, qui jus facere potest, est introductum. *Vid. hypomn. Jur. Civil.* Per-Illustri Dn. Præsid. lib. 1. Tit. 2. §. 10. Ex quo apparet, ad essentiam consuetudinis nihil aliud requiri, quam tacitum summae potestatis consensum; Ut itaque frequentia actuum necessario ad eam non requiratur, cum etiam ex uno actu evidenti & solemnitate gesto de tacita voluntate constare possit. V. gr. si quid fiat praesente eo, cuius interest maxime, & cuius præ-judicium vertitur, hoc casu ex ejus facto seu tacitura-nitate consensus elicetur; cum finis actionis sit intentio agentis, *supr. sect. i. §. 4. Unde Cicero i. Catilinar. Vide-ne*, inquit, *te gravissimo taciturnitati judicio condemnatum esse?* Ex quo porrò sequitur, nec temporis diuturnitatem ad essentiam consuetudinis requiri, cum & brevissimo tempore iste actus insignis contingere possit, qui ad declarandam tacitam Legislatoris vo-luntatem, & sic ad consuetudinem introducendam sufficit. Verum tamen est, & negari nequit, quod regulariter & plerumque actuum frequentia, atque hinc quoque temporis diuturnitas, ad consuetudinem requirantur, cum regulariter ex uno actu non appareat animus

animus juris perpetui statuendi, neq; eodem tempore fieri, sed s^ep^l plures demum post annos repeti soleant. Illa ergo temporis definitio merito judicis arbitrio relinquitur, qui judicabit, num tot sint actus, numq; tantum temporis pr^aterlapsum sit, ut ex iis voluntas perpetua seu consuetudo, elici possit. arg. l. 1. §. fin. ff. de jure delib. In quo etiam consentiunt, Menoch. 2. Arbitr. jud. quest. cent. 1 cas. 83. n. 6. Gail. 2. Obj. 31. n. 13. & 14. Mynsing. cent. 6. obj. 41. n. 7. Carpz. p. 2. const. 3. def. 21.

*Ab elegan-
te proban-
da ss.*

§ 4. Allegans autem consuetudinem, eam tene-
tur probare: facti enim est, & ex actibus inducitur. L. 1.
C. que sit long. consuet. l. 23. C. d. prob. facta autem non
pr^asumuntur, sed etiam prudentissimos fallere pos-
sunt. l. 2. ff. de ignorat. jur. & fact. Carpz. p. 2. const. 3. def. 22.
Gail. l. 2. obj. 31. n. 14.

*Quomodo
probetur.*

§. 5. Quæritur autē quomodo consuetudo probetur?
Relp. 1. per testes, ad minimum duos: arg. l. 12. de te-
stib. qui de factis testentur, ex quibus judex postea
decidit: Non itaque articuli ita formandi sunt: wahr/
dass dieses die Gewohnheit sey: de eo enim testes depo-
nere nequeunt: qui sic testimonium dicerent de ju-
re, non de facto, testis autem de facto deponere debet,
non de jure; sed ita formandi sunt: wahr/dass dieses zum
Öfftern geschehen: ex quibus a^ctibus tunc judex postea
decidit, num tales sint, nec ne, ex quibus Legislatoris
tacitus consensus colligi potest. Add. Coler. d. proc. Exe-
cut. p. 1. c. 3. n. 31. & seqq. (ubi pro Advocatis nonnullas cau-
telas informandis rite articulis in hac materia suppeditat)
Mascard. d. probat. concl. 423. num. 4. Porro, & (2) pro-
batur consuetudo, si ex actis constet, jam antea in
contradictorio secundum consuetudinem pronun-
tiatum esse. ex. l. 34. ff. de LL. Ea enim sententia-
post

(41.)

post ingentem partium inter se conflictum super consuetudine feme lata & in rem judicatam translata, non solum inter ipsos litigantes, sed & inter alios, qui isti iudicio subjecti sunt, valere debet: ut ejus exemplum refert Coler. d. trad. n. 41. (3) Probatur quoque ex conjecturis, & indicis, si plurima concurrant: arg. l. 19. C. de Rei Vind. quæ omnia definiri vix possunt, sed arbitrio judicis committenda sunt.

§. 6. Per se autem consuetudinem non probat testi-
monium Dd. de illa testantium. Illud enim omni vi
probandi penitus destituitur. Testis scil. non auditur,
nisi juratus, nisi ritè examinatus, nisi partibus auditis:
quæ omnia in Dd. testimonio cessant: Ut taceam hoc
ipso Dd. concedi potestatem jus faciendi nudo suo ar-
bitrio. Et hanc quoque opinionem esse veriorem &
communiorem, tradit Mynsing. Cent. 6. Obs. 68.

§. 7. Neque etiam nuda cuiuslibet judicis affer-
tio sufficienter jus probat, propter easdem rationes. An per judi-
cias refimo-
nium.
Carpzov. P. 2. Conf. 3. def. 22. ubi ita pronunciatum refert.
Struv. Exerc. XI. th. 21. Non tamen negandum est, con-
currentibus aliis administris, inde quoque probatio-
nem fieri posse, sed, ut dictum, per se tale testimonii-
um Dd. vel judicis plene non probat.

§. 8. Circa consuetudinem autem regula obser-
vanda omnium exactissime est, ne jus incertum ac du-
biū reddatur: sc. Juri constituto ejusq; regulis tamdiu esse Regula cir-
in barenum firmiter. donec mutatio appareat: quam & supr. jus dubium
Sect. 3. §. 28. retulimus: qui enim allegat regulam seu
jus constitutum, allegat illud quod certum, & de quo
dispositio legislatoris clara est, adeoque ex ea sibi jus
dicendum esse, recte contendit; Qui autem ab ea re-
cessum esse allegat, affirmat, quod haec tenus incertum
F est,

(42.)

est, & ex quo jus nemini nasci potest, sup. sed. 2. §. 2.
Hinc ergo videmus, Romano Juri, tanquam juri scri-
pto, firmiter esse inhærendum ad hunc effectum, ut,
qui illud pro se allegat, intentionem habeat fundatam
præ eo, qui vel statuto vel consuetudine aut quocun-
que fortiore jure ab eo recessum esse afferit. Imò
aliás vix remanerent vestigia juris certi, quippe aliis
alia sequentibus, infinitas inde orituras dissensiones, &
juris artem vagam ac dubiam extiruram facile appa-
ret. Argumento in hanc rem esse potest de pactis tra-
ctatio, quæ cum ad unicum actionis effectum stipu-
lationibus æquiparata sunt, postea Dd. eorum natu-
ram plane inter se confuderunt: prout pluribus hoc
probavit sæpius laudatus Per Illustris Dn. Præses in-
tegr. disp. de U. & diff. bod. pact. & stipul.

Probatur
exempla ma-
nifestissimo,
ex neglectio-
bus regu-
le ortum es-
se. Dd. erro-
rem, qui 60.

§. 9. Nec minus ex sequenti specimine ad ocu-
lum patet, quanta strages juri certo inferatur, si hæc
regulariusque deq; habeatur. Voluit Prætor successo-
rio edicto, ut liberi intra annum, post hos legitimi in-
tra 100. dies, & deinde cognati itidem intra 100. dies
bonorum possessionem petere possent. Idque expres-
sunt, filium
sé dicitur idcirco propositum, ne bona hæreditaria vacua
non, nisi 90. diu sine domino jacerent & creditoribus longior mora fieret.
annis à peti-
tione bare-
ditatis sum. tuere tempus his, quibus bonorum possessionem detulit, &
moperi. re inter eos successionem, ut maturius possint creditores scire,
utrum habeant, cum quo congregantur. an vero bona &c. l.l.
pr. ff. de succ. edit. Hoc tamen ita constitutum est, ut
si proximior, v. gr. filius, à primo ordine forte exclu-
sus sit, in secundo ut proximus legitimus, & ita in ter-
tio quoque ut proximus inter cognatos, reliquis præ-
feratur. d.l.i. §. 11. ff. de succ. Edict. Hoc verò Dd. post
Bald.

Bald. in l. 8. C. de jur. de lib. quoque applicarunt ad successionem civilem, & petitionem hæreditatis, & statuere non dubitarunt, filium etsi 30. annorum præcripitione præclusus sit, tamen adhuc aliis 30. annis ut agnatum petere posse, &, si tum quoque 30. anni lapsi fuerint, nihilominus ut cognato per alios 30. annos petitionem integrum esse, adeoq; filium à petitione hæreditatis non nisi 90. annis summoveti; Hoc ita docere, hanc communem dicere, quin quidam etiam de praxi testari, nihil pensi habuere. Vid. Struv. Exerc. X. ib. 68. Matth. Wesenb. vol. 1. conf. II. n. 44. Ibidem allegatis: At verò certum est (1) Hoc jus tantum locum habuisse in honorum possessione, quando illa intra prædictum breve tempus petita non est, non quando petitio hæreditatis civilis 30. annis instituta non est: d. l. i. pr. & §. 8. §. 12. (2.) Certum est, hoc constitutum esse, non ad proroganda petendæ hæreditatis tempora, sed ad ea coarcitanda; uti ex ipsis verbis apparet suprà allegatis: Certum est (3) in successionibus Civilibus, qualis fuit suorum & agnatorum, id nunquam obtinuisse, nec suos, si exclusi sint à suorum jure, admissos adhuc fuisse ut agnatos. pr. insit. d. legit. agn. succ. ubi ex ordine agnatorum nemo admittitur, donec suus existit. Certum est (4) confusa hodie esse agnatorum & cognatorum nomina ac jura, & pariter eos succedere, nec esse amplius diversos ordines, unde agnati, deinde cognati succedant. Nov. 118. ¶ 4. Sed & (5) eadem ratione non soli liberi, sed & omnes agnati duplicitate venirent, & 60. demum annis excluderentur, quod nemini adhuc in mentem venit. Estq; (6) res hæc res contradictionum plena. Non

enim

enim hodie succedendi ordines distinguuntur libero-
rum, agnatorum & cognatorum qualitatibus, sed de-
scendentium, adscendentium & collateralium: An au-
tem idem, qui est filius patris sui, ejusdem etiam ad-
scendens & collateralis esse potest, eidemque, ut ejus-
dem & filius, & ascensio, & collateralis, succedere,
suiq; patris pater, frater vel patruo &c. videri? Nec jam
(7) per Naturam fieri potest, ut filius, qui exclusus est
ab ordine liberorum, deinde succedere posse ut agna-
tus vel cognatus, quia ascendentis præcedunt eos,
nec jam liberos sequitur ordo cognatorum, sed pa-
rentum. Nov. 118. cap. 3. 4. Ut adeo liqueat, non salu-
berrimum, sed prorsus necessarium esse, ut sacri quasi
oraculi loco habeatur regula: *S. præced.* Tamdiu rei-
nendum esse ius commune, donec illud contraria praxi mu-
tatum probetur.

*Consuetudo
in statu po-
pulari quoq;
potest legem
tollerare.*

S. 10. Obtinet autem hæc interpretatio legis
dubia per consuetudinem in omni statu, etiam Mo-
narchico, seu regio: d. l. 37. l. 38. d. LL. duæ enim leges istæ
sub Imp. latæ sunt. Imò insuper in statu populari
consuetudo eum effectum habet, ut simpliciter legem
scriptam tollere possit: de quo est l. 32. *S. 1. de LL.* Cùm
enim in illo statu penes populum sit summa potestas,
legem quoque tollere potest, utpote ab ipso latam, per
consuetudinem; cum nihil inter sit suffragio populus
suam voluntatem declarat, an rebus ipsis & factis d. l. 32.
de LL.

*Secus in re-
gio statu, u-
bi explica-
tur. l. 2. c.
q̄e si long
conser.*

S. 21. Ast verò in reliquis Imp. formis, plenam vim
legis non habet, & sic nec legem scriptam tollere po-
test, cùm subditæ tactis suis ius potestati Legislatoriæ
que si long conser. auferre nequeant, quod vel Principi soli in
regno, vel optimatibus in republ. competit. Exceptio
tamen

tamē est, si accedat consensus tacit⁹ Superioris; eo enim casu non valet consuetudo ex act⁹ civium, sed ex a-etu Principis tacit⁹ consentientis, v. gr. in sententias summarum Curiarum, quæ ab ipso sunt constitutæ. Et hæc omnia, quæ diximus, firmantur egregiè ex l. 2. C. quæ sit long. consuet. quām de prava & improbata consuetudine loqui, minus recte cum Bartolo ad l. 8. ff. de LL. nonnulli Dd. statuunt: cūm illa non posit dici haut vilis esse autoritatis: quin ne quidern sit vo- canda consuetudo, sed potius corruptela. c. mala con- suetudo dist. 8. & ipso jure sit irrita. Auth. Cassa Cod. d. SS. Ecclesiis. Verus sensus legis hic est: Quod in statu regio (sc. sub Constantino, sib quo lex lata erat, uti ex rubrica apparet) consuetudo habeat vim interpre- tandi legem, si sit dubia, sed non tollendi eam; & illa dicitur consuetudinis non velis autoritas, quæ sc. consistit in interpretanda lege, cuius verba aut ratio dubia sunt: sed quæ tanta non est, ut in ista Imp. forma certam legem scriptam aut rationem tollere posit.

S. 12. Denique si ita sit dubia legis sententia, ut ipsum Legis- neque ex ratione, neque ex interpretatione con've- latorem in tudiinis suppleri poscit, recurrendum est in hac per- dubio jure plexitate ad fontem ipsum, seu Principem, ut defini- est. recur- at, quid in dubio hoc & ambiguo jure decidi debeat. rendum.

Cum enim ea sit quasi nova lex, & novum jus inducarur, non potest id nisi à summa potestate fieri: quin nemo melius de mente legis aut constitutionis judicare pot- est, quām autor ejus & conditor. cap. cum venissent. d. judic. Quare Imp. Constantinus in l. i. C. de LL. eam sibi reservat. verb: nobis solus. Et in l. 9. eod. Valentianus & Maritianus Imp. si quid in iisdem legibus latum for- tas sit obscurius fuerit, oportet id ab Imperatoria interpre-
tatione

(46)

zione patesceri. Add. l. ult. Cod. eod. Vid. Vinn. in select. qua-

stion. lib. i. cap. 2.

*Urmatur
exemplum rec.
Imp. de An.
1529.*

S. 13. Exemplum illustre videre est in Rec. Imper. d. An. 1529. S. it. als bishher. ubi vexatisima illa inter Dd. quæstio, quomodo succedant prædefunctorum fratribus filii, si soli existant, publicè in Comitiis decisa fuit.

*Cujus sit in-
terpretatio
fi verba Pa-
cis Publicæ,
aut LL. Im-
perii sint du-
bia.*

S. 14. Unde quoque patet de decisione quæstio- nis, quæ ob rei momentum ad Comitia remissa est, sc. Cujus sit interpretatio pacis publicæ aut Legum Imperii, si illarum verba sint dubia? Nimurum, cum ejus sit LL. interpretari, cuius est condere l. i. C. d. LL. sequitur, eam neque solius Imperatoris esse, neq; Cameræ, aut judicij Aulici. Nemo enim in Imperio LL. ferre potest, quam Imp. cum Statibus; uti ex forma reip. RomanoGermanicæ, & ex subscriptionibus Recessuum, & Capitulationibus Imperii, ipsaque Pac. Osnabr. art. 8. S. geu- deamus. satis apparet: & sic nec eas interpretari: Hinc nec Camera aut Judicij aulicum poterit, quæ sunt præposita decidendi causis privatorum, non publicis, quæ totum Imperium concernunt. Superest ergo, ut ad rotum Imperium seu Imperatorem cum Statibus, apud quos est legum latio, hæc Leges Publicas interpretandi potestas pertineat.

Conclusio.

S. 15. Atque hæc hæc tenus de nobili quæstione, quid in dubio obtineat, pro virili dixisse sufficiat. Pluribus eam deducere, nec in instituti, nec temporis ratio finit: & satis hæc sit, fontes ejus indicasse, ex quibus deinceps de innumeris fa-ctis judicari posse, confido. Deo interim O. M. omnis do-ctrinæ Fonti, grates persolvo gratissimas, quid hæc tenus studiis meis clementissimè suâ Divinâ gratiâ adesse voluerit,

Ipsiique in posterum ea, omnemque Vitam meam
commendata volo.

F I N I S.

ULB Halle
002 061 325

3



56







Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Inches
Centimeters

G. 16. num. 53. L. 22.
1205, 36

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS,
H DE
**EO, QUOD JUSTUM
EST IN DUBIO,**
UBI
DE GENUINA PRAXI JURIS,
QUAM
DIVINO ANNUENTE NUMINE,
EX DECRETO ET AUTORITATE MAGNIFICI FCTORUM ORDINIS
IN ALMA VIADRINA,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO.

DN. CHRISTIANO ULRICO,
DUCE WURTEMBERGIÆ, TECCIÆ, ET IN SILESIA OELSNAE,
COMITE MONTISBELGARDI, DYNASTA HEIDENHEIMII,
STERNBERGÆ ET MEDZIBORHA, ETC. ETC.
PRÆSIDE

DNO. HENRICO COCCEJO,

AUGUST. AC POTENTISS. REGIS BORUSSIAE
CONSILIARIO INTIMO,
FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO, ET ANTECESSORE
PRIMARIO, h. t. DECANO,

DN. FAUTORE ET PATRONO SUBMISSA DEVOTIONE COLENDO,
PRO
SUMMIS IN UTROq; JURE HONORIBUS AC PRIVILE-
GIIS DOCTORALIBUS RITE CONSEQUENDIS,
Publicæ ventilationi submittit

Ad D. Maji, Horis ante- & pomeridianis An. MDCCV.
CASPARUS à RHEDEN, Bremens.

FRANCOFURTI ad VIADRUM., Literis CHRIST. ZEITLERI.

Recusa 1712.

KONFRIED
UNIVERS.
ZV HALLE